



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Præcellentia Episcopalis Dignitatis

Alzedo, Mauricio de

Lugduni, 1630

De Confirmatione caput 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62394)

*Vtrum Papa concedere possit, quòd
Chrisma ab alio quàm ab Epi-
scopo consecratur. num. 8. vsque
ad 11.*

*Vsus antiquus Ecclesiæ probat ad
Episcopos tantum spectare
Chrisma's consecrationem.
num. 9.*

*Vtrum balsamum sit de necessitate
sacramenti. num. 12. & 13.*

*Balsamum Indorum an aptum ad
hoc sacramentum. num. 14.*

*Vtrum Missa sit de substantia præ-
cisè in consecratione Chrisma's.
num. 15.*

*Quo die debeat consecrari, & quis
primus instituit ut die Iouis
sancti consecraretur. num. 16.*

*Vtrum peccet Episcopus in mortali
existens culpa Chrisma conse-
crando. num. 17.*

*Episcopus excommunicatus, seu de-
gradatus, an valide ministret*

hoc sacramentum. num. 18.

*Episcopus duorum Episcopatum
vntorum qualiter se portare de-
beat in consecratione Chrisma-
tis. num. 19.*

*Sub culpa mortali tenetur diligen-
ter curare de administrando hoc
sacramento: & Episcoporum
negligentia carpitur. num. 20.*

*Confirmare tantum subditos de-
bet. num. 21.*

*Vtrum peccet confirmando non
subditos. num. 22.*

*An in die feriali, & post prandium
possit ministrare hoc Sacramen-
tum Episcopus. num. 23.*

*Aras consecrare an possit Episcopus.
num. 24.*

*Si Ecclesia consecrata violetur, à
quo reconciliari debeat. num.
25. & 26.*

*Ecclesiæ consecratio ex quibus con-
stet. num. 27.*

DE CONFIRMATIONE.

CAPVT QVARTVM.



EPISCOPVS de iure
diuino est vnicus Con-
firmationis Sacramen-
ti Minister. c. manus. c.
nouissimè. de consecr. dist.
5. Concil. Trid. sess. 23. c. 4. l. 7. l. 8. l. 11.
tit. 2. p. 1. & ibi Lopez. D. Thomas in
3. sent. q. 72. art. 11. n. 50. Suarez de re-
ligione. tom. 4. l. 2. c. 30. n. 2. Soto in 4.
sent. dist. 2. q. 1. art. 1. col. 2. Petrus Soto
in lectionibus de instit. Sacerdot. lect. 2.
de sacram. Cõfirmationis, §. de ministro.
Alter Soto in 4. dist. 7. q. art. 12. Conc.

Trid. sess. 7. c. 3. Angelus verbo confir-
matio. n. 2. & Syluetter n. 2. Henriq.
in sum. l. 3. c. 6. de confirm. §. 1. Alphon-
sus Alvarez in Speculo iuris Pontificy,
tit. de confirm. fol. mibi 179. Durant. in
rational. l. 5. c. 84. n. 1. Mirand. in Ma-
nual. c. 22. n. 8. Candelabrum aureum
tit. 3. de confirm. §. de ministro, num. 26.
Coninck de sacram. q. 72. art. 11. dubit.
vnica. Petrus Greg. l. 2. p. 1. c. 5. n. 2. Vi-
ctor. in summ. sacram. §. de sacram. con-
firmat. n. 45. Abb. in c. vnico de sacra-
mēt. Couarr. variar. resol. lib. 1. cap. 10.

- num. 6. Anguianus de legibus lib. 2. controuers. i. num. 71. Barbosa in pastorali, part. 2. alleg. 30. num. 1.
- 2 Papa potest committere simplici Sacerdoti administrationem Sacramenti Confirmationis, & facere eum Ministrum. Gloss. in c. manus, de consecrat. dist. Soto in 4. dist. 7. q. 1. art. 12. & dist. 25. quest. 1. articulo 1. col. 6. Cæsar Baronius annalium Ecclesia tom. 8. anno Christi 594. fol. 54. Pineda in Monarchia Ecclesiastica part. 2. tom. 2. lib. 12. cap. 1. §. 2. fol. mihi 190. Nauarr. consil. 14. de priuileg. num. 1. Bonacina de Sacrament. disput. 3. quest. unica, punct. 2. num. 3. Gambatus de offic. Legati, lib. 1. fol. 41. num. 273. Lancelloit in templo, lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 8. Henriquez, Armilla, Syluester, Coninck, Toletus, Nauarrus, Vivaldus, Angelus, Couarruias, & Anguianus.
- 3 Episcopus nequit committere simplici Sacerdoti, seu alio non episcopo confirmationis collationem. Soto in 4. dist. 7. quest. 1. art. 12. Gloss. in c. peruenit. 95. dist. Henriquez, Alphonsus, Suarez, Vivaldus, Bonacina, & Coninck.
- 4 Eo quod Diuus Syluester Papa generale promulgauit decretum, neminem nisi Episcopum, sine sedis Apostolicæ permissu, Confirmationis sacramentum administrare & Chrisma consecrare debere. Villegas in vita Syluestri 1. fol. 428.
- 5 Quapropter stante hac constitutione Confirmatio seu Ordinatio à Presbytero, seu ab alio non Episcopo, non potest præscribi. c. quanto, de consuetudine. Couarruias var. lib. 1. cap. 10. num. 13. & 14.
- 6 Patriarcha, seu Archiepiscopus, si Episcopi Suffraganei aut absentes, aut infirmi existant, ita quod confirmationis sacramentum ad-
- ministrare nequeant, si non adest alius Episcopus, qui commodè infirmi aut absentis Episcopi vicem suppleat, committere poterit simplici Presbytero, vt sacramentum Confirmationis conferat, si necessitas vrgens adfit. Gambatus de offic. Legati, lib. 2. fol. 41. num. 273.
- 7 Requiritur semper, quod ab Episcopo, non ab alio, sit consecratum Chrisma: cuius est vnicus iure diuino Episcopus Minister. Diuus Thomas in 3. sentent. quest. 72. art. 3. num. 20. Soto in 4. sentent. dist. 7. quest. unic. part. 3. Bonacina de sacramentis disput. 3. quest. unic. punct. 3. num. 4. Syluester verbo confirmatio, num. 2. Candelabrum autem in 3. de confirm. §. 2. num. 16. Victoria in summ. §. de Sacrament. Confirmat. num. 38.
- 8 Quod Papæ non liceat simplici Sacerdoti committere, conficere Chrisma, neque alio non Episcopo. Gloss. in c. peruenit. dist. 95. Soto, Bonacina & Candelabr.
- 9 Et quod hoc comprobatur ex antiquissimo vsu Ecclesiæ, & ex longissima consuetudine, vbi semper id benedicere & consecrare Ordini Episcopali fuit reseruatum, cum Henriquez & Bartholomæo, ac Angelo, Barbosa in pastorali, p. 2. alleg. 30. num. 6.
- 10 Contrarium, nempe posse Papam concedere simplici Sacerdoti quod Chrisma consecrare valeat, affirmat Victoria ubi proximè.
- 11 At verò distinguendum duxi ad hos conciliandos Doctores: quod simplex clericus etiam ex Pontificia delegatione nullo modo poterit conficere & consecrare Chrisma ad Sacramentum Confirmationis; & in hoc casu loquun

loquuntur Soto, Bonacina & ceteri. Si vero loquamur de chrismate ad consecrandas aras, calices, & Ecclesias, sine dubio tenendum est, posse Clericum ex Papa commissione & delegatione consecrare illud, quod non erit aptum ad Sacramentum Confirmationis: ut egregie Suarez de religione, tom. 4. lib. 2. cap. 30. num. 2.

12

Vicium balsamum sit de necessitate Sacramenti Confirmationis, valde controuersum est: nam Bonacina, & cum eo multi ibi relati, esse de necessitate præcisa tenent, de Sacramentis disp. 3. quest. conic. punct. 3. num. 1. sed Emanuel Sa verbo Confirmatio, neque negat, neque affirmat. num. 9.

13

Sed quod balsamum non sit de necessitate Sacramenti, sed ex præcepto & ritu Ecclesie, probatur ex textu in c. pastoralis, 1. de Sacrament. non iterandis, ubi habetur, quod quidam per errorem fuit confirmatus oleo benedicto sine balsamo, & questum est, an esset iterandum Sacramentum? Ad quod respondit Papa, nihil esse iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat omillum. Si ergo illud non debuit iterari, igitur fuit Sacramentum, sed si fuit Sacramentum, Chrisma non est de necessitate Sacramenti. Nam licet debeat Papa, quod cautè suppleatur quod incautè fuerat omillum: id enim propter præceptum & ritum Ecclesie, non quia esset de necessitate: ut testantur Valentia, tom. 4. disp. 5. quest. 11. punct. 2. ceteri. questio de Necessitate in sum. d. 5. de confirmat. num. 36. Zerola in præxi. verbo Chrisma, num. 2. Soto in 4. sent. dist. 7. quest. conic. art. 2. Nauarr. in Acta. moral. cap. 22. num. 8. & cons. conic. num. 4. de sacra. Kall. Caietanus 3.

part. quest. 72. art. 2. Barbosa part. 2. alleg. 31. num. 3.

Balsamum Indorum esse verum balsamum, & ad Confirmationis Sacramentum aptum, inquit Sa, ubi supra num. 10. & quod sic declarauit Ecclesia, quoad Sacramenta, que apud Indos conficiuntur. Joseph de Acosta è sanctissima Societate Iesu in historia naturali, de las Indias, lib. 4. cap. 28. prope finem.

14

Non licet episcopo Chrisma consecrare nisi Missam celebret, quia Missa præcisè est de substantia. Hostiensis in c. de referente 12. de celebrat. Missar. num. 2.

15

Que consecratio debet fieri die Iouis sancti, (ut decreuit Fabianus Papa, anno Domini de 255. Ille casus in historia pontificali in vita Fabiani primi, lib. 1. cap. 23.) c. quamiam, de sent. excom. lib. 6. licet locus sit interdictus. d. c. quamiam, de sentent. excom. Gloss. in cap. 1. de reliquis & venerat. Sander. Abbas in c. non est vobis, de sponsalibus, num. 8. Leo, in thesauro, part. 3. cap. 8. n. 87. Viualdus in candelabro vit. de confir. § 1. num. 18. Victor in sum. §. de Sacram. Confirmationis. num. 38. Emanuel Sa verbo Confirmatio. Hostiensis supra.

16

Non peccat mortaliter episcopus, etiam si Chrisma consecret in peccato existens; sed peccabit ex eo, quia Missam celebrat. Emanuel Rodriguez tom. 4. de sum. abbas cap. 67. de Obispos. num. 14.

17

Episcopus degradatus, simoniacus, hæreticus, vel schismaticus, Chrisma valide consecrat. Soto in 4. dist. 25. quest. 1. ar. 1. col. 4. Coninck de Sacram. quest. 71. ar. 1. num. 193. Bonacina de Sacram. disp. 3. quest. conic. punct. 2. num. 7. & ceteri supra relati.

18

Episcopus

19 Episcopus duorum episcopatum
vntorum, quia in ambobus vno
die Chrisma conficere non potest,
debet vno anno celebrare in vno
episcopatu, & transacto anno ad-
ueniente die Iouis sancti consecra-
bit in alio. Hostiensis *in d. c. te re-
ferente, de celebratione Missar. num.*
3. & ibi Abbas, & Butrio. Gratia-
nus *disceptat. tom. 4. disp. 655. num.*
74. Barbosa *in pastoralis part. 2. alleg.*
31. *num. 5.*

20 Tenetur episcopus, ne in culpam
mortalem incidat, diligenter cura-
re circa Sacramenti Confirmatio-
nis administrationem. Suarez *super*
3. *part. Diui Thoma, quest. 72. art. 2.*
disp. 38. sect. 1. Cardinalis Toletus
in summ. lib. 5. cap. 4. Emanuel Sa
verbo Confirmatio, 1. num. 12. Bar-
bosa *in pastoralis part. 2. alleg. 30,*
num. 9. Qua in re dolenda vehe-
menter est Episcoporum negligen-
tia, qui de commoditate propria
curantes, ne itinere fatigentur, ad
Confirmationis Sacramentum cō-
ferendum non accedunt, neque
percurrunt diocesim, nisi per Vifi-
tatores, & sic multi etiam adulti si-
ne hoc Sacramento decedunt, pro-
pter suorum Prælatorum incuriam,
priuantur enim gratia fortitudinis,
erga perfidiæ phalanges, Christi
milites, cum non leui detrimento
animarum, neque sine grauissima
culpa parùm solliciti Pastoris. Vi-
ualdus *in candelab. de Confirmation.*
Sacram. tit. de ministro. num. 7. An-
tonius Fernandez de Moure *in exa-
mine Theologia, part. 4. cap. 7. §. 1.*
num. 10.

21 Debet confirmare episcopus
suos subditos tantum, non alienos,
nisi id faciat sine animo vsurpandi
iurisdictionem: vel si gratum suis
episcopis esse videat. Emanuel Sa
verbo Confirmatio, n. 1. Armilla n. 3.

22 Alij verò tenent, peccate morta-
liter Episcopum confirmando non
subditos. Coninck *de Sacram. quest.*
72. *ar. 11. num. 103.* Viualdus *in*
candelabr. tit. 3. de confirmat. §. de
suscipiend. num. 30. Bonacin. *disp. 3.*
quest. vnic. punct. 2. num. 3. Sylue-
ster *verbo Confirmatio.* Antonius
Fernandez *vbi proximè.*

Sed hæc Doctorum doctrina
nullo modo admittenda, nisi ani-
mo vsurpandi iurisdictionem alie-
nam, seu alterius episcopi populū
Episcopatu suo aggregandi id fa-
ciat. Si verò recto fine, & sancto ze-
lo id faciat, valdè laudabile, ac vti-
le alijs Episcopis erit; & super hoc
multoties audiui à præstantissimis
Episcopis, cum de hoc agerem, vti-
nam ipsi haberent episcopos vici-
nos, qui in hoc eos adiuuarent,
quod non solum ipsis gratum esset,
sed etiam gratissimum. Et in hoc
mea sententia est, non peccare
Episcopum confirmantem alienos
subditos, si deprauatum animum
non habeat vsurpandi alienam iu-
risdictionem.

23 Sacramentum Confirmationis
in die feriali post prandium potest
episcopus ministrare, & etiam in
Capella sui Palatii, aut extra in alio
loco honesto, & etiam tempore in-
terdicti: ad quod si quotidie non
portat rochetum, debet eum assu-
mere, si verò assidue eo vtitur, cum
rocheto accipiat amictum, postea
pluuialem, ac mitram, & baculum.
Henriquez *in summ. lib. 3. cap. 6. §.*
7. Sa *verbo Confirmatio, num. 1.*
Barbosa *in pastoralis, part. 2. allegat.*
30. *num. 11.*

24 Potest etiam Episcopus aras, al-
taria, & calices, ac Ecclesias con-
secrare: vt ex Cæremoniali ac Pon-
tificali constat.

25 Si ecclesia consecrata violetur,
posse

posse reconciliari per Presbyterum de commissione Episcopi cum aqua, vino, & sale, & cinere, per Episcopum benedicta; ut fertur factum fuisse in Compostellana Ecclesia, ubi de Archiepiscopi commissione Presbyteri Ecclesias consecratas, pollutas, reconciliabant. Emanuel Sa in *aphor. verbo Ecclesia*, num. 20.

Contrarium tamen verissimum existimo, nempe, non posse Episcopum simplici Presbytero, vel aliis, qui Episcopi non sint, committere Ecclesias reconciliare, si consecratae sunt: per textum in *c. aqua, de consecrat. Ecclesia, vel altaris*, & ibi Scribentes, Victoria in *summ. sacram. num. 90. fol. 74.* Vgolinus de *offic. Episcopi, cap. 29. §. 8 n. 9.* Barbosa in *pastoral. part. 2. alleg. 28. num. 56.*

26 Non nego quin antiquitus de Episcopi commissione Ecclesias consecratas reconciliabant, sed id faciebant ex Papali dispensatione, teste Innocentio in *d. c. aqua, de consecrat. Ecclesia.* At verò quando Ecclesia consecrata non est, sed tantum benedicta, & polluitur, tunc à simplici Sacerdote potest benedici: ut notant omnes Summistae *verbo Ecclesia polluta.*

27 Qualiter cognoscetur si Ecclesia est consecrata, aut benedicta tantum? Probat, namque Ecclesiae consecratio ex literis sculptis in marmore, vel in libro antiquo per unum testem, & per cruce sculpras in pariete, & per alia signa. Innocent. & Sa *supr.* Idem Innocent. in *c. solemnitates. dist. 4. & in rubr. de consecrat. Ecclesia.* Philippus Decius *conf. 135. num. 2. tom. 1.* Lambertinus de *iure patron. lib. 1. art. 7. quest. 2. prima partis, num. 10.* Mascardus de *probat. conclus. 582. num. 2. & conclus. 415.*

num. 4. Barbosa in pastoral. part. 2. allegat. 27. num. 5. Syluester verbo consecratio, num. 3.

S V M M A R I V M.

Sacramenti Ordinis quis minister sit. num. 1.

Episcopus excommunicatus, degradatus, aut similis an verè Ordines conferat. num. 2.

Vtrum ordinati ab excommunicato executionem Ordinum recipiant, & à quo dispensentur. ibidem.

Quid si recipientes ignorabant defectum Episcopi. num. 3.

Episcopus an tam possit quoad Ordinis efficaciam quantum Papa. num. 4.

Ordines maiores conferre simplex clericus de commissione Papae an possit. num. 5. & 6.

Consecrare Episcopum an possit Presbyter de commissione Papae. num. 7.

Virum valeat minores ordines conferre. num. 8.

Abbatibus ius mitrae & baculi habentes minores Ordines an possint conferre, ibidem.

Cardinales S. R. E. Ordines minores conferunt, & utuntur Pontificalibus indumentis. num. 9.

Episcopus an possit concedere Presbytero quod minores Ordines conferat. num. 10.

Episcopus qui loco & dignitati renunciauit, an minores Ordines conferre valeat. num. 11.

Qui renunciauit loco tantum, an

- maiores & minores. num. 12.
Qualiter cognoscatur qui renuntiauit loco tantum, & qui loco & dignitati. num. 13.
In dubio an presumatur renuntiasse loco & dignitati. num. 14.
Criminosus nemo presumitur nisi probetur. num. 15.
An possit dispensare cum subdito, qui Ordines suscepit ab excommunicato, seu excommunicato, si delictum occultum sit. numero 16.
Ordinare extra Diocesim an queat Episcopus. num. 17.
Primam tonsuram an extra Diocesim conferre possit. num. 18. & 19.
Prima tonsura an diebus festibus debeat conferri. num. 20.
Minores Ordines quo die, & utrum simul. num. 21 & 22. & 23.
Minores Ordines, & Subdiaconatum utrum vno die conferre possit Episcopus. num. 24.
Episcopus interstitia non seruans ordinans subditum, utrum aliquam penam ipse, seu ordinatus incurrat. num. 25.
Maiores Ordines an quolibet tempore conferre possint Episcopi, & quid Papa possit facere. num. 26.
Maiores Ordines conferre an possit Episcopus, non seruatis interstitiis. num. 27.
Religiosi è sanctissima Societate Iesu super hoc priuilegiati. num. 28.
Ordinatus à Papa, an possit ordinari ab Episcopo. num. 29.
Episcopus inuitatus ad Ordines celebrandos in Diocesi aliena, an possit ibi ordinare suos subditos, & etiam alienos literas dimissorias suorum Prelatorum portantes, sine noua licentia Ordinarij, seu Capituli à quo inuitatus. num. 30.
Expbanatur locus Concilij in c. ultim. sess. 6. de reformat. & ibi contra Barbosam, & Mirandam, ac alios insurgit author. num. 31.
Familiarem triennalem an ordinare possit Episcopus, & quid si cepit triennium antequam crearetur Episcopus. num. 32.
An locum habeat in prima tonsura. num. 33.
An cum eo possit dispensare in interstitiis. num. 34. & 35.
Pro necessitate Ecclesie an possit ordinare familiarem triennalem ad titulum patrimoniij. num. 36.
An incurrat aliquam suspensionem si eum ordinet sine necessitate. num. 37.
An dispensare possit cum familiari triennali super interstitiis si primam tonsuram non habet. num. 38.
Literas dimissorias an concedere possit familiari triennali. numero 39.
Episcopus titularis an familiarem triennalem ordinare possit, si beneficium habet ad ei conferendum.

- rendum. num. 40
- Pontificalia an possit exercere Episcopus titularis, ubicumque sine Papa licentia. num. 41.
- Episcopus quos ordinare valeat. num. 42.
- Quis dicatur Episcopus originis. num. 43.
- Episcopus in cuius Diœcesi natus est Pater ordinandi, an dicatur proprius Episcopus ratione originis. num. 44.
- Filius an sequatur domicilium matris, & in quo casu. num. 45.
- Natus in mari cuius domicilium sequatur. num. 46.
- Ordinatus ab Episcopo originis ad titulum patrimonij, an ordinari possit ab Episcopo domicilij. num. 47.
- Dum subditos ordinat an exigere possit ab eis votum expressum continentie. num. 48.
- Tenetur requirere an titulum habeant qui accedunt ad Ordines suscipiendos. num. 49.
- Ad minores an requiratur titulus. num. 50.
- Quid ad maiores. num. 51.
- Religiosi è Societate Iesu utrum ordinari possint sine titulo. num. 52.
- Qui professos se esse finxerunt nõ debent ali ab Episcopo ordinante. num. 53.
- Ad titulum honorum mobilium an ordinare possit. num. 54.
- Ad titulum census redimibilis an ordinare possit. num. 55.
- An ad titulum seminarij. num. 56.
- An ad titulum donationis. numero 57.
- An ad titulum pensionis. num. 58.
- An ad titulum patrimonij. numero 59.
- Vtrum requiratur quòd habeat titulum ordinandus, in Diœcesi proprij Episcopi à quo ordinatur, vel in alia. num. 60.
- An ordinari possit ab Episcopo in cuius Diœcesi bona habet, si alia de causa ei non subest. num. 61.
- An ad titulum hereditatis paternæ ordinare valeat Episcopus. num. 62. & 63.
- Concordantur Doctorem opiniones. num. 64.
- Ad titulum beneficij cuius possessio non est segura, utrum ordinare possit. num. 65.
- An ordinare possit graduatum in iure Canonico, aut in Theologia. num. 66.
- Episcopus qui ordinavit in Presbyterum eum qui antea fuit ordinatus ab alio sine titulo, an teneatur eum alere. num. 67.
- An Episcopus teneatur alere quem antecessor sine titulo ordinavit. num. 68.
- Quid si Episcopus ordinator vivit. num. 69.
- Ordinans in aliena Diœcesi, de commissione eius Episcopi ordinans aliquos sine titulo, an eos alere teneatur. num. 70.
- Ordinans subditos alienos virtute dimissioriarum, an cum eis possit dispensare in interstitiis ac

- delictis. num. 71.
 An possit eos examinare, licet examinatos à proprio Episcopo constet. num. 72.
 Examinare potest Regulares, etiam si examinati mittantur à suis Prelatis. num. 73.
 Regulares si ordinantur ab alio Episcopo, quàm ab illo ubi degunt, an habere debeant literas dimissorias. num. 74.
 Episcopus occultum criminofum ordinans an videatur cum eo tacite dispensare. num. 75.
 Habentes dimissorias ad hoc ut ordinari possint à quocumque Episcopo, quam clausulam inferri petere tenentur. num. 76.
 Abbates suis subditis dimissorias an concedere valeant. num. 77.
 Ordinare subditos seculares an possint Abbates, & quo iure ordinent subditos regulares. n. 78.
 An possint consecrare calices, & aras. num. 79. & 80.
 Concedens Papa Abbatibus ius utendi mitra, & aliis indumentis Pontificalibus, an videatur etiam concedere quòd possint exercere iura Episcopalia. num. 81.
 Mitra, & alia insignia Pontificalia, sunt quedam nuda demonstratio, quæ habent suum significatum num. 82.
 Iura Episcopalia plura. num. 83.
 Antiquitus Abbates non poterant benedicere indumenta, neque calices, aut altaria consecrare. num. 84.
 Quàm plurima referuntur Pontificum priuilegia, Ordini Diu Benedicti concessa. num. 85.
 Dicere habeo priuilegium, & priuilegium non ostendere inane est. num. 86.
 An ad eius probationem admittantur testes. num. 87.
 Ad iurisdictionem Episcopi spectantia an præscriptibilia. n. 88.
 Iura Episcopalia an præscriptibilia. num. 89.
 Vnctio altaris, & calicis, an ordinis Episcopalis sit. num. 90.
 Monasterij Casinensis ubi sanctissimi Benedicti Religiosorum Patriarcha ac Pater, lumen Ecclesie & ornamentum singulare, corpus requiescit, & etiam sue dilectissima sororis priuilegium refertur num. 91.
 Abbas Cisticensis & alij quatuor Abbates habent priuilegium consecrandi aras, & calices. num. 92.
 Prouinciales ac Presbyteri Societatis Iesu in remotis partibus infidelium existentes, possunt calices, & aras consecrare, etiam pro usu alieno. num. 93.
 Dimissoria an expirent mortuo concedente, seu translato. num. 94. & 95.
 Archiepiscopus dum visitat Suffraganeorù Diœceses an dimissorias concedere possit. num. 96.
 Vicarius generalis literas dimissorias concedere an valeat, virtute Generalis cõcessionis, an requiratur expressa licentia. num. 97.